

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ  
ΤΟΜΕΑΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ  
ΕΡΓΑΣΤΗΡΙΟ ΕΡΕΥΝΩΝ ΝΕΟΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ  
ΔΙΕΥΘΥΝΤΗΣ: ΑΝ. ΚΑΘΗΓΗΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ ΠΙΕΤΣΙΟΣ



1

Ε.Υ.Δ της Κ.τ.Π  
ΙΩΑΝΝΙΝΑ 2006

COMPARATIONES PHYLOSOPHO  
RVM ARISTOTELIS ET PLATO  
NIS A GEORGIO TRAPEZVN  
TIO VIRO CLARISSIMO.

AD LECTOREM. .E.

EN habes optime lector treis à Georgio Trapezuntio  
libros olim scriptos, et nunc primū Venetiis opera Au  
gustini Clarauallis editos. Quibus ille doctissimus uir,  
Aristotelis Platonisq; Comparationē aggressus, Aristo  
telē Platone longo intervallo superiorem esse cōtēdit.  
Qua in re, sic oēm phýlosophiā, reliquasq; omneis ar  
teis bonas admiscet, ut digni planè sint, qui ab omni  
bus studiosissime legantur. Quare nō in merito fa  
ctum à Bessarione Cardinali Niceno, uiro cum  
utraq; lingua Eminētiss. tum uita sanctita  
te Clariss. cognosces, q̄ Trapezūtio respō  
dendū sibi pro Platōe cēsuerit, quippe  
qui uereri poterat, ne mortaliū ani  
mi, librorū huiuscemodi lectiōe  
ibuti, facile unū Aristotelē  
amplexarētur, platonē ue  
ro aut negligerēt, aut  
etiā grauius et acer  
buis accusarent.

Cautum est ne quis per Desennium.

Illustrissimo, ac excellentissimo principi. D. Francisco. ii.  
sfortiæ Vicecomiti Duci Mediolani meritissimo. F.  
Augustius Clarauallis Mönfalcōius, eremita Au-  
gustinianus, Theologiæ doctor. S.P.D.

**T**ernæ his diebus à magistro Io. Benedicto,  
theologo isigni, comite palatino, litteræ mihi  
redditæ sunt, quæ cū eruditōis, & beneuolen-  
tiæ plurimū p̄stulerit, incredibili p̄pe me uoluptate af-  
fecerūt. Nec minus ingenii acumen, quod nō mediocre in  
eo esse p̄spicio, q̄s suauitas morū & amor, q̄ eū impulit  
ad scribendum, me delectauit. Hortatur itaq; atq; sua-  
det his litteris, ut librū, quē Georgius Trapezūtius, uir  
eloquētia, & doctrina isignis, de cōparatiōe Platonis,  
& Aristotelis ediderat, formulis p̄ssim; celsitudini tuæ  
dicatū, emittā, & corrigā. Cuius exēplar, dominus Ia-  
cobus de Bānssis, oī uirtutū genere p̄ditus, paulo ante  
ex Tridēto, eā quoq; cā sibi d̄misit (Sciebat. n. me, itui-  
tu sapientiū. uiri. R. P. mei. D. D. Car. Gri. studiorū pa-  
tris & p̄tectoris, eiusmodi negotiis occupari.) Ego cū  
illius gratia, quē plurimū ueneror, tū celsitudis tuæ, cui  
ob ingenii, eruditionē, iustitiā, liberalitatē, & singularē  
erga ordinē nostrū beneficentiā, magnopere afficior, ad o-  
pus pagēdū me accixi. Quod ut fieret, nec sūptui, nec  
laboribus ullis, q̄ nō exigui fuere, pepci. Illd̄ etiā nō me-  
diocriter me mouit, q̄, ego uli, ex Clarauallisibus Tur-  
derti, (q̄uis mō nos fortuna dederit pessū) q̄ illustri fami-  
liæ tuæ semp̄ adheserūt. Accipiet ergo celsitudo tua, ex  
mūere seruatorū suorū, G. Trapezūtini opus, sub illius p̄si-  
dio nūc primū excussū. Q̄ d̄ si, ut sp̄o, nō asp̄nabitur,  
plura, ac maiora ī dies p̄stolari licet. Quæ diu ualeat.

Illustrissimo, atq; Inclytissimo Mediolani Duci Frãci  
· sco. ii. sfortiæ Vicecomiti frater Benedictus Mō  
cettus sacrae Theologiae doct̃or, eremita  
nus, humilem commendationem. D.

**P**Riscis tēporibus Dux illu. duo præ cæteris cla  
rora, liberalium gymnasiolorum lumina in or  
bem effluxerunt, quæ omnia mortalium inge  
nia illustrarunt, uel captiuarunt. Alterum sanè aca  
demicorum pater ille Plato, Augustini cognomento, di  
uinus. Alterum uero peripateticorum princeps Aristot  
eles, qui & si annos circiter uiginti sub diuino Plato  
ne gloriosissime militarit, ac præ cæteris platonica sa  
pientia triumpharit, minime tamen Platone inferior  
Aristotelen extitisse, uerum longe illum superasse artis,  
& doctrinae magnitudine non desuerunt, qui asserer  
ent, quoniam uirtutum excellentia & gloria amplitu  
do aptissimum liuoris pabulum esse solet. Idq; potis  
simum in causa fuisse arbitror, q; innumeris, penè locis  
Aristoteles Platoni aduersari uisus est. Quorum dissid  
ia litteraria, nullis unq; retroactis discussa sæculis,  
hæc ad usq; tempora deducta sunt, hisq; Plato cele  
bratur ac defenditur, illis autem Aristoteles in deorum  
numero collocatur, nam si quispiam æquo animo pen  
sitauerit eorum asseclas, duos præsertim è neutricis ui  
ros inueniet sua tempestate celebratissimos, Bessarionem  
Cardinalem nicenum & Georgium Trapefonti  
num. Qui de omnigena Platonis, & Aristotelis præ  
stantia inuicem altercantis acerrimè disputarunt, ualidè

a ii



diffimulq; ratiocinationibus adeo dimicarunt, ut cui  
ferenda sit palestræ uictoria, non facile iudicetur, &  
si Bessarionis opinio de præferendo Platone suis antea  
lucubrationibus emissis, & latentibus trapesuntinis  
uigiis, ex quapiam serè (ut aiunt) hois contumacia,  
hunc usq; in diem uerior habita sit, Nuperrime ue-  
ro quâ præclaræ Georgii lucubrationes in lucem pro-  
dient, quibus Aristoteli Platoni præferendum esse  
contendit aduersus Bessarionem, quibusq; eruditioris  
bus ingenis lectu gratissimæ. Id sanè plurimum dece-  
re constitui, ut tuo protecte patrocinio, sapientia, &  
authoritate publice legerentur, nec mihi persuadere  
potui, cui dignius, cui melius hoc excultū & exopta-  
tum opus dedicandum foret, q̄ tibi Illustrissimo, ac  
utriusq; professionis Duci sapientissimo, qui tantâ phi-  
losophorum controuersiam diiudicare, atq; eam è me-  
dio tollere possis. Ipse es profecto. Dux illu. Mecenas  
ille integerrimus uirtutum omnium protector, quem  
summo semper amore, ac ueneratiōe sum prosecutus ob  
eximias animi tue dotes, iustitiam, sapientiam, prou-  
dentiam, religionem, liberalitatem, munificentiam,  
pietatem & clementiam. Taceo præclaræ sobolis tuæ  
nobilitatem, & cumulatissima parentum stemmata,  
quibus nulli es hac in nostra tēpestate secundus. Quæ  
ex re te rogatū summo opere uelim, ut opus hoc incla-  
tissimo nomini tuo dedicatum, hylari fronte suscipias,  
meq; omnibus in uotis tuis obsequentissimum, deditis-  
simum habeas. Vale.

## LIBRI PRIMI CAPITULA

Quid causæ sit, quod alii uerba, non res sequuntur, alii contra, alii sola orationis concinnitate gaudent, alii utrisq; & rebus, & uerbis, ac compositione ipsorum.

Quod Plato, platoniciq; omnes, uerbis, & lenocinio compositionis solum ualuerunt, rebus penitus nudi sunt, Aristoteles in utrisq; magnus, & opis diuisio.

Quod etiam in dicendi artibus præstantior Platone Aristoteles.

Quod in differendi studiis princeps omnium Aristoteles est, Plato rudis.

Quod in naturalibus mirum in modum excedit Aristoteles.

Quod etiam in mathematicis rudem hominem Platone dixero, si ad Aristotelem conferas.

Quod in metaphisicis quoq; præstat omnibus Aristoteles. Plato contra, longe ab ea sapientia reiectus est.

De Iactura nonnullorum Aristotelis uoluminum, & quibus tribus alphabetis, tria negotia physicum, metaphisicum, morale complexus est.

Quod longe Aristoteles in morali philosophia doctior est Platone.

Enumeratio breuis, & de docendi confusione platonica.

### Secundi libri capitula hæc sunt

Quod in hoc libro demonstratur conuenire Aristoteli ueritati catholice Platonem minime.

Quod doctoribus ecclesie impium est non credere in

his solum quæ ad salutem necessaria sunt, in cæteris nihil refert, etiam si contra ipsos sentias.

Diuisio huius libri secundi, et Plato uerbis unum dicit deum, cum re multos colat, Aristoteles, ad unum cuncta principium refert simpliciter primum, nec cæteris cõnumeratũ, et de officio traductoris de omnipotentia dei, de theologia Platonis, et Aristotelis.

Quod Aristoteles subintellexit deum unum, et trinũ esse, et quod crateris impressa sunt uestigia dei, ex quibus subintelliguntur, quæ credimus.

De uestigio unius ac trini dei corporibus impresso, in quantum corpora sunt.

Quod corporibus impressum uestigium de summo Aristoteles accomodat.

Quod de deo loquens, nunc plurali, nunc singulari numero utitur Aristoteles, et quod rerum omnium perfectionem, idest finem in ultimum in trinitate ponit.

Quod amore ueritatis labor hic authori susceptus fuit, et de potestate nonnullorum uerborum.

Quid Aristoteles senserit de productione mundi.

Quod non à natura dei, neque, ut pars à toto, sed à uoluntate dei dependet mundus, secundũ Aristotlem.

Quo pacto à libera uoluntate dei dependere mundũ Aristoteles opinatur.

Quod Plato poetice, ac per fragmenta de animo, et immortalitate ipsius loquitur, Aristoteles demonstrat.

Aristotelis de animi natura, sententia latius explanatur.

Quod patiens, atque agens principium similiter est in animo, sicut in corporibus.

De his, quæ Aristotelicam de animo consequuntur sententiam, & de indiuiduatione, compositioneque; intelligentiarum.  
De origine animi secundum Aristotelem.

De providentia, & fato.

Quod sicut scripturæ, sic Aristoteles quoque; omnia diuinitus huius creaturis tribui censeat, quæ suscipere possunt.

Quod omnis heretica peruersitas, & graecorum calamitas à Platonis scriptis orta est, ab Aristotelicis contra, maxime latini adiuti sunt.

De origine lacrimarum, & utilitate ipsarum.

Quod uerisimile est Aristotelem ueram salutem, esse consecutum.

Libri tertii, quæ de uita utriusque; est. Capitula hæc sunt.

Quod de laude unius, & de turpitudine alterius in hoc aperte agitur, & quæ à scriptis eorum, uita sua est examinanda.

2. De sceleribus Platonis ab iis, quæ scripta sunt in phaedro, & cupidine.

3. Quod aperte ostenditur, Platonis animus ex publicatione malierum.

4. Quod uirginitas, & ieiunium uoluptati maxime opponitur, & uoluntas informatos à se animos, aut in æternos trahit cruciatus, aut ad æterna gaudia ducit.

5. Quod Aristotelis uita, platonice penitus opposita est, ut ab utriusque; scriptis colligitur.

6. De inuidia, & obtreffatione Platonis in quattuor uiros graeciae saluatores.

7. Quod ex arrogantia, & leuitate plato plusquam; hominem se esse prædicat.

8. De Alexandro magno, & quæ ipsum, & Aristotelem



- deus misit, ut p̄ eos ad scripturas, hoies p̄parare diuinas, & cur gæci excellentissimi, uel uitio, uel uirtute oium gētū sunt, & de duobus uiris, q̄ modo fulgēt.
- 9 Quod plato legibus suis, sic adolescentes ad modestiam exercet, ut ad luxuriam uersutus impellat,
- 10 Quod plato perpetua legibus suis fore ciuitates somnians, & publice, & priuatim instituit.
- 11 Quod diuinitus illud platoni dictū est, optimā rēp̄ non esse simplicē, quodq; id solis uenetis contigit.
- 12 Quæ de anima in decimo de legibus scribit plato.
- 14 Quod plato uiris agendi, mulieribus præter naturam, patiendi uim infert.
- 15 Quod platōis scripta, p̄cepta, instituta, græciā pdiderit.
- 16 Quod nisi prouideatur, similiter ruent occidentalia.
- 17 Quod non Aristoteli, sed epicuro, & Machumeto, conuenit plato.
- 18 De Machumeto, & q̄ longe platone astutior.
- 19 Excursio in desidiā christianorum.
- 20 De gemisto, & q̄ nisi obstes, initia prima, magnæ plerumq; calamitates insequuntur; quæ res ipsius Machumeti patet exemplo.
- 21 Omnium hominum, qui grati esse uolunt, in laudes Aristotelis conuocatio, & grata meritorum Aristotelis authoris confessio.